

**Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo exaltatio[n]is s[an]cte crucis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](#)

In festo exaltatiois sc̄te crucis. fo. ccl.

em in naturalibus, prima est per
fectio dispositionis, puta cum ma-
teria est perfecte ad formam di-
posita. Secunda est perfectio forme
que est posterior. Nam et ipse calor
perfectio; est quod prouenit ex for-
ma ignis. Quod ille quod ad formam di-
sponebat Tertia autem est perfe-
ctio finis, sicut cum ignis habet
perfectissime suas qualitates cu[m]
ad locum suum peruenierit. Et si
militer in beata virginine fuit tri-
plex perfectio gratie ut ait sanctus
thomas (vbi. s. ad. h.) Prima quod
dem perfectio dispositio p[er] quam
reddebat idonea ad hoc quod esset
mater Christi, et hoc fuit perfectio
sancificationis. Secunda autem per-
fectio gratie fuit in beata virgi-
ne ex presentia filii dei in eis ut
ero incarnati. Tertia autem perfectio
est finis quem habet in gloria quod
autem secunda perfectio sit posterior quod
prima, et tertia quod secunda, patet qui-
dem. Uno modo per liberationem
a malo, nam primo in sua sanctifi-
catione fuit liberata a peccato
originali. Secundo in receptione
filii fuit totaliter mundata a som-
ite. Tertio vero in glorificacione
fuit liberata, etiam ab omni misere-
ria. Alio modo per ordinem ab ho-
num, nam primo in sua sanctifi-
catione adepta est gratiam incli-
nante eam ad bonum. In conce-
ptione autem filii dei collata est ei
gratia confirmans eam in bono. In
sua vero glorificatione confirmata
est gratia perficiens eas in fructu
de omnibus bonis. Ad tertiam re-

spondet negando consequentia.
Unde dicimus cum sancto thoma
(vbi. s. ad. iij.) quod non est dubitan-
dum quin beata ergo accepit et
celleretur etiam donum sapientie
et gratiam fututum prophetie,
sicut habuit Christus non tamen acce-
pit ut haberet omnes usus eorum
similius gratiarum sicut habuit
Christus, sed sicut quod proueniebat predicatione
in ipsis. Habuit enim usum sapien-
tie in preceptando, sicut illud Lu.
iij. maria autem peruerabat omnia
verba hec prferens in corde suo.
Non autem habuit usum sapien-
tie quartus ad docendum, eo quod non
proueniebat servi muliebri, sicut il-
lud, i. thi. h. Docere autem mulieris
non possumus. Miraculorum autem usus
sibi non pertinebat dum rueret,
quod tunc temporis confirmada erat
doctrina Christi miraculis, video so-
li Christi et eius discipulis quod erat bas-
tuli doctrine Christi proueniebat mira-
cula facere, propter quod etiam de iohanne
baptista dicitur Ioh. iij. quod signum
nullum fecit, ut scilicet omnes
in Christum intenderent. Usus
autem prophetie habuit ut patet in cantico quod fecit. Ma-
gnificat anima mea dominum,



In festo ex-
altatiois san-
cte crucis est
euangelium.
In illo tempore.
Dicit iesus
turbis te.
Nunc iudicium est te. Joha-
nis duodecimo. Circa quod possunt

In festo exaltationis sancte crucis.

disputari sequentes questiones.
¶ Primo, utrum conueniens fuit
ut Christus in cruce exaltatus more
retur pro nobis. ¶ Secundo, utrum
sit verum quod Christus exaltatus omnia
trahit ad se. ¶ Tertio, utrum Christus
per exaltationem crucis que pro
prie est humiliatio meruit exal
tationem sui.



D primas
questiones, vide
i die parasce
ue ubi est di
sputata plene
Et inuenies.

¶ Ad se
cundam ques
tionem sic proceditur. Et videtur
quod Christus exaltatus in cruce non tra
xit omnia ad se. ¶ Primo sic, non
omnes conuersi sunt ad fidem Christi
post exaltationem suam, ut per
quoniam multi sunt infideles.
ergo secundum. ¶ Secundo sic, per exal
tationem Christi in cruce non est ei
actus diabolus quoniam ita nunc si
cet ate, et temptat homines quo
ad animas, ut verat quo ad cor
pus. ¶ Tertio sic, per passionem
Christi non sumus liberati a pecca
to, ergo per exaltationem suam
non sumus trahi ad ipsum, con
sequentia videtur bona, anteces
dens probatur sic, nullus potest
liberari a peccato quod nondum
commisit seu quod in posterum est
commisurus, cum ergo multa
peccata post exaltationem suam
sunt commissa et continue com
misura.

mittuntur, ergo secundum. ¶ In oppo
sum est euangelium presens.
¶ Respondeo dicendum, quod hoc
quod Christus dixit, Si exalta
tus fuerit omnia traham ad me,
est verissimum bene intellectum.
Et est iste intellectus quod et amo
re ostendo in cruce ad genus hu
manum habuit vim attractivam
omnium entium, trahit ergo oiam
et caritate ad seipsum hinc Christum.
In caritate perpetua dilexi te,
ideo attraxi te miserans. In hoc
actu maxime apparet caritas
dei ad homines inquit pro ipsis
mori dignatus est, Rom. quinto:
Commendat deus scilicet carita
tem suam in nobis, quoniam cum
ad hunc peccatores essemus Christus
pro nobis mortuus est. Et in hoc
compleuit quod sponsa petit,
Eanti, I. Trahe me post te et cur
remus in odore unguentorum tuos
rum. Unde versus, super cantica,
Super omnia amabilem te mis
hi reddit calix quem bibisti odo
ne Iesu, opus nostrae redemptoris
nihil allicit blandius, nihil
exigit utilius, nihil affectat ve
hementius. ¶ Ad rationes in op
positum. ¶ Ad primam respon
detur negando consequentiam.
Et ratio est, quia textus non dicit
Traham omnes, sed omnia scilicet
genera hominum, scilicet gentiles, iudeos,
seruos et liberos, mares et
feminas, vel omnia, id est omnia
predestinata, omnes isti finaliter
trahentur. ¶ Ad secundum respon
detur quod assumptum falsum est, qd

In festo exaltationis sc̄e crucis. Fo. cclii.

euangelium est in oppositū. vbi
xps sic ait. Princeps huius mū
di elicitur foras. Ad probationē
rūdetur q̄ vt habef. iij. sen. dis.
xit. art. ii. Potestas demonis in
duobus consistit. in impugnādo &
detinēdo denūcios. Et eo aut q̄
quis impugnat nōdū seruus fa-
ctus est. sed ex eo q̄ vīcr̄ est. vt
p̄z. ii. Petri. h. Deuicerat autē
diabolus totū genus humanum
in primis paretib⁹. & eis domi-
nabatur duz eos ad hoc fm suū
votū deduxerat. vt null⁹ paradis
si iamā introiret. deuicerat etiā
vnūquēq̄ singulariter dum eum
ad peccatū inclinat. q̄ qui facit
peccatū seruus est peccati. pote-
stā ergo diaboli qua victos de-
tinet xps per passionē suā amo-
lit q̄tum ad sufficientiā. q̄uis
nō q̄tum ad efficientiā. nisi in il-
lis qui vim passionis suscipiūt
per fidē & charitatē & sacra-
menta. Et per hoc dī dominū diabo-
li euacuasse. sed potestate quā
impugnat nō ex toto euacuavit
sed debilitauit dū ipsum hostes
vicit. & dū hoībus auxilia multa
ad resistendū tribuit. sicut sacra-
menta & alia hmōi. Q̄ Ad tertiā
rūdetur negādo assumptū. q̄(vt
habef. iij. par. q. xlit. ar. i. ad. iii)
xps nos liberauit a peccat⁹ cau-
saliter. i. instituēs causaz nostre
liberationis. ex qua possent que-
cūq̄ peccata q̄nīcūq̄ remitti vel
pterita vel p̄sentia vel futura. si
cū si medicus facit medicinam
ex qua possint quicūq̄ morbi sa-

nari. et etiam in futurum.



Dtertiāz
questionez sic
pcedif. Et vi
detur q̄p ex-
altationē cru-
cis xps nō me-
ruit exaltatio-
nem. **P**rimo sic. Et hoc q̄ hu-
mana natura assumpta fuit exal-
tata est & nomen deitatis sibi de-
betur. sed assumptionem nō me-
ruit. ergo nec exaltationem.
Secundo sic. nomem qđ est super
omne nomē est nomē in quo omē
genu flectif. sed hoc est nomē ie-
sus vt dī Phil. h. cū ergo hoc no-
men nō meruerit. sed ante cōce-
ptionē sibi impositū fuerit. vide-
tur q̄ nō meruerit nomen qđ est
super omne nomen. **T**ertiio dicatur
q̄ meruerit q̄tum ad manifesta-
tionez. **E**cōtra. Ante etiā hoc ma-
nifestū erat. Unū demones eum
professi erāt. & pueri. & ppbete pre-
dixerūt. ergo hoc ipse nō meruit.
Tertio. meritū ordinat ad pre-
minuz sed facere; aliquid propter' esti-
mationē hoīm pertinet ad inānē
gloriam que in xpo nō fuit. ergo
exaltationē q̄tum ad manifesta-
tionez hoīm nō meruit. **I**n op-
positu est illud Luc. xiiij. Qui se
humiliat exaltabit. Item illud
Phil. h. Factus est obediens us-
q̄ ad mortē. seq̄tur. Propter qđ
& deus exaltauit illū &c. **R**e-
spondeo dicendū. q̄ xps per exal-
tationē crucis que fuit humiliā

B

In festo exaltationis sc̄e crucis.

etio magnam meruit exaltationē apud homines. Pro cuius con- clūsiōis ampliori noticia notan- dum. q̄ vi habetur. iij. sentē. di- stinctiōe. xvii. articulo quarto. questiōe. iij. Aliqua sunt de sub- stantia beatitudinis. sicut dotes anime et corporis. aliquid autem qđ est de bene esse ipsi⁹. sicut ma- nifestatio beatitudinis ad alios in qua etiam gloria consistit. qz gloria est clara cum laude noti- cia vt dicit glosa Jobā. vlf. Sic etiāz philosophus dicit q̄ de be- ne esse iphius felicitatis est vt fe- lit etiā post mortē vivat in me- morijs homi⁹. Quia ergo in xp̄o debuit essa complectissima bea- titudo. ideo nō solum in seipso beatus fac̄t⁹ est. sed etiā ad per- fectionem beatitudinis sue sua beatitudo alijs ostensa fuit. Et sīm hoc dicitur suā exaltationē meruisse. Que quidez exaltatio in tribus consistit. sc̄z in noticia nois. sīm qđ dicitur nomē super omne nomen accepisse. qz nomē de re noticiā facit. Item in reue- rentia corporis q̄tum ad genu- flectionē. Itē in confessione oris. Et hoc est qđ dicit apostolus. Et omnis lingua cōfiteat̄ t̄c. Qd rationes in oppositū. Qd pri- mā respōdetur negando z̄nāz. Et ratio est. qz q̄uis fuerit exal- tatus ab initio sue cōceptionis. nō tamē sua exaltatio fuit tunc manifesta. sed post resurrectio- nem. qz ante nō fuit sic nota sua diuinitas. Et res in sacra scri-

ptura tunc dicitur fieri quando innotescit. Unde cum dicit apo- stolus. Donauit. exponit. id est fecit manifestū mūdo q̄ hoc nos men haberet. Qd secundā re spōdetur. q̄ nomen qđ est super omne nomen esse dicit. vel q̄tū ad id a quo nomen imponitur. t̄ sic est nomen iesus vel xp̄s. quia vtrūq̄ imponitur et vniōne hu- mane nature ad dignā. quia sīm hoc vñct⁹ dicitur qđ deo est vñ- tus. t̄ sīm hoc etiā a peccatis saluos potest facere. vel q̄tum ad id cui imponitur. t̄ sic hoc no- men deus est supra omne nōmē. quia imponitur sibi sīm diuinam naturam. t̄ hec omnia q̄uis fue- rint in eo sīm rei veritatē a prin- cípio sue cōceptionis. non tamē erant in noticia hominum. Qd do p̄sequentiā. Et ratio est. quia lz ante resurrectionē esset mani- festa xp̄i exaltatio. non tamen omnibus sed paucis. t̄ etiā nō per certitudinē. sed per quandā conjecturā. sicut demonibua et aliquibus iudeis. sed post resur- rectionē altitudo toti mundo no- tuit per certitudinē fidei. Qd terciā respōdetur negando cō- sequentiā. Et ratio est. qz meri- tum nō fit. ppter premiū nisi ad quod ordinat̄ principaliter. hoc autem est illud quod est de sub- stantia beatitudinis. Unde etiā q̄uis honor ciuilis sit quo pre- miatur virtus ciuilis. tamen ci- ues non operantur propter illuz-

In festo sancti matthei apli. Fo. ccclii.

honorem virtutis opera. sed propter bonum ipsius virtutis.



M festo sācti matthei apostoli est euāgelium. Cum trāfaret iesus r̄c. Matt. ix. Circa qd pos sunt disputari sequētes questioñes. **P**rima. vtrum mattheus euangelista conuenienter inter alios euangelistas designatur figura hominis. **S**ecunda. vtrū cōuersio & sequela matthei fuit miraculosa. **T**ertia. vtrū mattheus fuit immediate de teloneo vocatus sive assumptus ad apostolatum.



D prīmaz questioñes sic pceditur. et vī detur q̄ beat⁹ mattheus non conuenienter alios euangelistas designat⁹ est in figura hominis. **P**rimo sic. mattheus nō est locutus sapientius aut nobilis q̄ ceteri euangeliste. qz eodem spiritu edocti sunt. ergo nō videtur cōuenienter q̄ ipse plus designat⁹ figura rationalis animalis q̄ alij. **I**n opposituz est pp̄heta ezechieli⁹ que designat euz sic. Ezechieli. i. **R**espodeo dicendum q̄ cōuenienter beatus mattheus describitur in figura

hominis. Abi notandū q̄ per facies q̄ttuor quas vidit ezechieli in animali uno designātur quatuor euāngeliste. seu quattuor euāngelia ab eis descripta de domino nostro iesu christo. facies autem designantur sūm materia principalem cuiuslibet euāngelij. quia licet quodlibet euāngelium loquatur de omnibus quā si que alia loquuntur. quodlibet tamen principaliter respicit vñā determinatam materiam. Unde sicut in facie aquile euāngelium iohannis. quod describit precipue eius diuinitatem. In facie bouis euāngelium luce. quod describit sacerdotium. In facie leonis euāngelium marci. quod describit regnū. Ita in facie hoīis designatur euāngelium matthei. qz principaliter de xp̄i humanitate tractat. Designatur etiam mattheus per faciē hominis. qz homo est animal rationale mansuetum & ciuile. sic mattheus vixit rationabiliter mansuete & ciuiliter. non ciuilitate politica. sed ciuitate qua efficiunt ciues sanctoz domestici dei sup̄ edificati suū fundamentum apostolorum & pp̄hetar̄ sūm q̄ dicit apostolus ad ep̄b. i. **A**d rationem in oppositum respondeo negando p̄sequenzias. qz alia ratio ne designatur in figura hominis mattheus q̄ sit illa. non enim qz rationabilius. quia omnes sapientissime locuti sunt. sed ratione materie de qua principia

Vii